Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2917
Quelle:
Copyright:

I. *Muratorii cit. col.* 623. inſcriptam *in Natale Conſecrationis Presbyteri.* Oratio Primae incipit: *Exaudi domine ſupplicum preces. et deuoto tibi pectore famulantes* &c. Secundae: *Ad preces noſtras queſumus domine propitiatus intende ut leuitę tui* &c.

IV. *fol.* 38. *Incipit libellus diuerſorum ordinum. Inprimis De conſecratione uirginum* Initium: *Conſecratio Sacrae Virginis quę in epyphania uel in ſecunda feria paſchę aut in apoſtolorum natalicijs celebratur* &c. Extat apud *Hittorp.* p. 141. ſed ibi pro *ſecunda feria paſchę* legitur *in Albis paſchalibus*, et multo plura ponuntur, quam in *Cod.* qui finit in Orat. *Reſpice propitius domine ſuper banc famulam* &c. Sequitur *Ordo Qualiter Abbas Ordinari Debet.* Initium: *In ordinatione abbatis epiſcopus debet miſſam complere* &c. Apud *Hittorp.* p. 139. ſed paullum mutata dicendorum ſerie, neque adhaeret *Miſſa pro abbate*, ut in *Cod.* cujus Oratio incipit: *Concede queſumus domine famulo tuo N. abbati ut predicando* &c. Ultimus eſt *Ordo ad monachum faciendum*, qui incipit: *Conueniente uniuerſo coetu monachorum* &c. et habetur *Hittorp.* p. 137. ſed in *Cod.* ad illa verba: *mundi blandientis inlecebris crucifixus remotus* — Orationis: *Omnipotens et miſericors deus totius* &c. abrumpitur. Interim tamen hic locum offert, qui ab exemplo *Hittorpii* abfuit. Poſt Orationem enim de S. *Benedicto* interſeritur: *In ordinatione monachi abbas debet miſſam cantare et tres orationes complere ſuper caput eius. et ſeptem dies uelet caput ſuum. et ſeptimo die abbas tollat uelamen. Sicut in baptiſmo presbiter ſeptimo die uelamen infantum tollit. ita et abbas monacho debet. quia ſecundus baptiſmus eſt. uel iuxta iuditium patrum* (quorundam monachorum) *ei omnia peccata dimittuntur. ſicut in baptiſmo.*

In principio Codicis manu Sec. XII. haec leguntur: *Nouerint omnes Chriſti fideles qualiter Godepoldus cum uxore ſua Diemota Eccleſiam ſancti egidii ad bonorem dei edificauerunt. prediisque ſuis dotatam fratribus gurke ſancte marię ſeruientibus ſimul cum omnibus inibi adiacentibus prediis decurſo huius uite ſpacio tradiderunt pro ſe ſuorumque parentum remedio firmiter et ſine contradictione firmauerunt. Huius rei teſtes ſunt Pilgrin de buoch. Megengoz ſaſan et filius eius Gotebolt. Werenber de radewik. Liebart de eadem uilla. Pernbart de ſancto uito. et frater ſuus Karolo. Waltber de glanbeche et filius ſuus Hartewik. Hartewich de gurch. Leo de uaßrch. Magens de Walpotesdorf. Hiltepran de polſt. Egnelſcaleh de uriesach. et chuonrat ſororis ſue filius. Wiſent de pinzgov. Sigebot de Wilarent. Otto filius iſenrici et frater ſuus gotepolt. Erneſt filius ſigewini. Leo de craphel et filius ſuus Wolfirigel. goteboldus auctor eiusdem rei de oſteruuiz. Heinrich de tuchensdorf. Vriderich lawer. Perenbar albus de oſterwiz. Marchwart de oſterwiz. Gumprecht*